

# VRSVS PARTICIPATI<sup>37</sup>US

DUX XVIII.

*Electus Anno 912. obiit Ann. 932.*

INSCRIPTIO ANTIQVA.

*Quoad decuit, Iustitiam, & pacem colui: tandem concepto vero, in Monasterio S. Felicis, diem clausi.*



Rsum sed innocuum & mansuetum Gens exhibit  
Baduaria. Vngues exerit sed in seipsum, quia Sce-  
ptrum non respuerit. Sapiens, Religiosus, Iustus,  
Pius causam nunquam procuravit familiæ, quam  
Reipublicæ dicebat oppignoratam ære, sanguine,  
fide. Vnicus ei filius Byzantium missus, & à Græco  
Imperatore dictus Protospatarius, in reditu, crudelis Reguli in Il-  
lyrico mancipium factus genitorem excitare non valuit ad vindictam;  
quam pater exigere ferro potens, neglexit; & ne sanguinem  
funderet, per legatum Dominicum Matamauci Archidiaconum,  
auro redemit. Post hanc legationem Dominicus ex Archidiaco-

C 3 no,